


EX JURE PÚBLICO COLONIENSI.

1. Ecclesiæ Coloniensis tūm metropolitica tūm episcopalia cēū diœcēsana in alienis Constatuum Ducatibus jura, non Privilegio, non Contractu aliquo nituntur, sed innatā jam à pluribus retrò Seculis & coævā atque ab ipsa fundatione in hunc usque diem acceptā productāque Authoritate.
2. Enimverò hæc nostra Coloniensis Ecclesia, sub Regib⁹ jure hæreditario Germaniæ imperantibus, eandem per plurimas Provincias Auctoritatē archi- & episcopalem, priusquam stabilità esset Statuum superioritas, adquisivit, & eadem sensim stabilità, sub Dominis territorialibus induulgē hastenū constanti Regum Patrocinio retinuit, neque Exemplum ostendi poterit antea violatæ tām sacræ & antiquissimæ Possessionis, ut inde, uti Episcopis Germania Statibus generatim, sic Archiepiscopis Coloniensibus speciatim, ea omnia hodie jura in exteris Constatuum Territoriis absolute competant, quēs olim in iisdem Provinciis sub Regib⁹ hæritariis, & posteā, notoriè & pacificè usi sunt, ac vel constanter usi fuisse intelliguntur.
3. Hinc jura Archi- & Episcoporum Germaniæ Statuum in alienis Constatuum Territoriis, confundenda non sunt cum juribus Archi- & Episcoporum in Germaniā non Statuum, jure Patronatus regio constitutorum, veluti: Archi-Episcoporum Viennensis, Pragensis, & aliorum ejusmodi Præsulam mediatorum.
4. Quām parum igitur Domino territoriali jus competit, in præjudicium Episcopi diœcēsani, putā: Constatū Imperii, etiā cum Consensu Pontificis atque Imperatoris, novum erigendi Episcopatum? per se patet;



5. Valde autem inconcinne novissima juris Publici in Germania Ecclesiastici Principia, ad *Episcopos non Status*, ac vel ad ipsum *summum Pontificem* quā simul *Extraneum* pertinentia, ad ipsos etiam Archi- & Episcopos *Germaniae Status* adplicantur;
6. Nullo igitur juris fundamento Serenissimi *Ducis Abrembergici Regimen*, *Archi-Episcopi Colonensis* sui *Domini diacesani & Consistatus* jura à Seculis quæsita, novis indies Attentatis viâ facti turbare, sibique novissimis *juris publici principiis* malè applicatis, per fas & nefas usurpare, hactenū experti sumus.
7. Universale Directorium comitiale interimisticum, sede Moguntinā vacante, soli præ aliis jure absolute competit Serenissimo Coloniensi quā secundo (in ordine) facri Romani Imperii, præ serenissimo Trevirensi, Archicancellario.
8. Neque quod nudā tantum cum Trevirensi Alternativā in malo hactenū supposito prætensū acquieverit, stante Lite & Re principali adhuc integrā, ipso fortiori jure ex *Archicancellariatu per Italiam proficiscente penitiūs* hodie inspeclo, vel minimum sibi præjudicavit.
9. Ex eo, quod *Henricus II. Archiepiscopus Coloniensis A. 1310.* à *Ludovico Bavarо Imp.* impetraverit privilegium: „ut liceat *Archicancellariatus Officium exercere per Substitutum*“. ap. *Gelen. de Magnit. Col. L. 1. pag. 76.* contra metropolitanum moguntinense Capitulum simul evincitur, Directorium comitiale tanquam Archicancellariatus Consecularium, jus esse personalissimum, quale ad Capitulum sede vacante non devolvitur.





ma juris Publici in Germania Ecclesiæ Status, ac vel ad ipsum summaeum pertinentia, ad ipsos etiam Status applicantur;

Serenissimi Ducis Abrembergici iensis sui Domini diaœsani & Confo-
tibus indies Attentatis viâ facti tur-
publici principiis malè applicatis, per
experti sumus,

le interimisticum, sede Moguntinâ
uto competit Serenissimo Coloniensi
Romani Imperii, præ serenissimo

Trevirensi Alternativâ in malo
tivevit, stante Lite & Re princi-
jure ex Archicancellariatu per Ita-
e inspeclo, vel minimum sibi præ-

chiepiscopus Coloniensis A. 1310.
traverit privilegium: „ut liceat
ercere per Substitutum“. ap. Gelen.
contra metropolitanum mogunti-
n, Directorium comitiale tanquam
jus esse personalissimum, quale
n devolvitur.